Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

quoniam cum apparuerit similes
ei erimus · quia videbimus eum sicut
est · Et omnis qui habet hanc spem
in eo sanctificat se · sicut et ille sanctus est
Omnis qui facit peccatum · et in
iquitatem facit · et peccatum est iniquitas
et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret · et peccatum in eo non est · Omnis
qui in eo manet non peccat · omnis
qui peccat non vidit eum · nec cognovit
eum · filioli · nemo vos seducat · Qui
facit iustitiam · iustus est · sicut et ille
iustus est · Qui facit peccatum · ex
diabolo est · quoniam ab initio diabolus
peccat · In hoc apparuit filius dei · ut
dissoluat opera diabuli · Omnis qui
natus est ex deo peccatum non facit
quoniam semen ipius in eo manet
et non potest peccare · quoniam ex deo
natus est · In hoc sunt manifesti filii
dei et filii diaboli · Omnis qui
non est iustus non est ex deo · et qui non di
ligit fratrem suum · quoniam hi est
annuntiatio quam audistis ab initio
ut diligatis alterutrum · Non sicut
cayn · qui ex maligno erat · qui occi
dit fratrem suum · Et propter quid oc
cidit eum · Quoniam opa eius ma
lignia erant · fratris autem eius iusta
bona · Nolite mirari fratres si odit
vos mundus · Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quo
niam diligimus fratres · Qui non
diligit fratrem manet in morte · et
omnis qui odit fratrem suum ho
micida est · Et scitis quoniam om
nis homicida non habet vitam eternam
in semetipso manentem · In hoc cog
novimus caritatem eius dei · quoni
am ille pro nobis animam suam po
sivit · et nos debemus pro fratribus
nostris animas nias ponere · Qui
habuerit substantiam mundi huius
et viderit fratrem suum necessitatem
habere et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo · filio
li mei · non diligamus verbo neque lin
gua · sed opere et veritate · In hoc cognos
cimus · quoniam ex veritate sumus · et in
conspectu eius suadebimus corda
nostra · quoniam si reprehenderit
nos cor nostrum maior est deus cor
nostro · et novit omnia · Karissimi si cor
nostrum non reprehendit nos fidu
ciam habemus ad deum · et quidquid
petierimus ab eo accipiemus quo
niam mandata eius custodimus
et ea que sunt placita coram eo fa
cimus · Et hoc est mandatum eius
ut credamus in nomine filii eius
iesu cristi · et diligamus alterutrum
sicut dedit mandatum nobis · Et qui
servat mandatum eius in illo ma
net et ipse in eo · Et in hoc scimus
quoniam manet in nobis · quia de
spiritu sancto dedit nobis ·

Karissimi · nolite omnem spiritum credere · sed pro
bate spiritus · si ex deo sunt ·
quoniam multi pseudo prophete
exierunt in mundum · In hoc cognos
citur spiritus dei · Omnis spiritus
qui confitetur iesum xpm in carne
venisse ex deo est · Et omnis spiritus